

vel divina talpe; qui animum eò nunquam dirigunt, natu- A  
seant potius, aut pro meritis simplicium ineptiis reputant.  
I. Cor. I, 23. seqq. III, 19. Psal. LXXIII, 22. Quid vero  
Achitophel coram Deo? quid sapientes Ægypti consiliarii?  
Jes. XIX, II. XXXIII, 18.

(2) Homini curvis, ad imaginem Dei condito, in-  
cumbit cœlestium cognitio ac cura: Eph. IV, 24. Col.  
III, 10.

## USUS E VERSU VIII.

(1) Impii, quoad externum corporis, familie fortuna-  
rumque statum, mirifico non raro emergunt, placent in-  
star graminis florumque, succo gaudent abunde, &c.  
Psal. XXXVII, 7. seqq. LXXIII, 3. seqq. Videre hoc  
est inter aulicos, milites, cives, agricolas.

(2) Neglecto tempore gratia concessa, post abusum tot  
Dei beneficiorum, non immerito subsequitur Pernicies,  
cademque extrema: Prov. I, 24. seqq. Jes. LXV, 2. seqq.  
CXXIX, 6.

(3) Nisi post vitam hanc metuendus restaret infernus,  
non adderetur: usque in seculum. L. de inferno, &  
consequenter etiam de vita æternâ.

## USUS E VERSU IX.

(1) Deus excelsus creata antecellit omnia.  
(2) Is est æternus, initio sineque carens.

## USUS E VERSU X.

(1) Pro Hostibus Dei habentur, qui opera Dei non  
attendunt, v. 7. proindeque sacra fastidiunt, fideles de-  
spiciunt, premunt, pessundant.

(2) Perditio his imminet certissima, tam in hoc quam  
futuro seculo, non ex reprobatione absoluta, sed ob id ip-  
sum, quod fide carentes, oderunt lucem, amantes te-  
nebras: Joh. III, 19.

[3] Conspirationes arcta que mundanorum amicitiae dis-  
solventur tandem miserè; imò mutuo suis se confodient  
gladiis: ut Jud. VII, 22. &c.

## USUS E VERSU XI.

(1) Deus est, qui suorum erigit cornu b.e. autorita-  
te, potentia victorisque instruit. Fit hoc non raro post pre-  
viam humiliationem: Luc. I, 52. Exempla per ovinas  
hominum deprehenduntur status.

(2) Ungit Deus suos, sfavissime animas refiendo.  
novas vires conferendo, Spiritum sanctum largiendo; &c.  
conf. I. Joh. II, 27.

## PSALMI XCIII. DISPOSITIO.

*Deus Rex Celsissimus. Regnum firmum.*

**E**st hic elogium Dei I. à regni majesta-  
te: [a] Dominus regnat: (b) induit  
excellentia: (c) accinctus robore: (d)  
confirmavit orbem, neminet v.i. (e) thronus  
tuus est immobilis: (f) ab æterno tu es, non  
heri aut nudius tertius exortus: v. 2. (g)  
antecellis omnes tumultus fluminum aquarum-

## USUS E VERSU XII.

[1] Non improbat Deus oculorum auriumque  
oblectationem, modo hi sensus non impingant contra  
leges sacras.

(2) Humiliante Deo homines profanos, qui vel ec-  
clesiam, vel ecclesiæ persequuntur membra, non immerito  
pi attendunt exacte, Deique agnoscunt judicia justa. Ps.  
XCI, 8. XXXVII, 34.

(3) Hoc ipso tamen non tollitur debita pro hostibus in-  
tercessio: Matth. V, 43. seqq.

## USUS E VERSU XIII.

[1] Justi qui dicantur à Davide, dictum passim; non  
sanè Pharisæi, sed publicani potius mores referentes: Luc.  
XVIII, 9. seqq.

(2) Vigor & incrementum hujusmodi fidelium  
deprehenditur tam in corporalibus quam spiritualibus, tam  
in hoc, quam futuro seculo: haut quaquam tamen subla-  
ta crucis exceptione.

(3) Dispar planè ratio vigoris Impiorum atque Pio-  
rum: impii ut gramen, pii ut palmæ atque cedri.

## USUS E VERSU XIV.

**B** (1) Dispiciamus de radicibus, ne simus πεστατοι,  
Luc. VIII, 13. Plantati simus in atris Domini, implantati  
olea, arbore vita, &c.

[2] Atria Domusq; Domini præcipua fidelium cura.

(3) Non sufficit inter fideles versari; opus est etiam, ut  
protrudamus flores; imò post flores fructus: Matth.  
III, 8. VII, 19. XXI, 19. Joh. XV, 6. Gal. V, 22.

## USUS E VERSU XV.

(1) Etiam senibus nobis debilibus desperandum non  
est de fecunditate sancta; Psalm. LXXI, 9. 18. Jes.  
XLVI, 4. LXV, 20.

(2) Senum vigor quanto plus decedit corpori, tanto  
plus virium accedit animæ.

## USUS E VERSU XVI.

(1) Justorum est annunciare, sive lingua salubriter  
uti: v. 3. Ps. LXXI, 18.

(2) De Sanctitate Dei in L. de Deo.

(3) Etiam si ob impiorum successus caro suspectur de  
iniquitate, ea tamen in Deo est nulla, imò Sapientia in-  
exhausta: Rom. XI, 33.

[4] Deus nostra Rupes perfugiumque tutum: Ps.  
C XVIII, 2.

## PSALMUS XCIII.

*Deus Rex Celsissimus. Regnum firmum.*

que multarum aut fluctuum marinorum celsis-  
sime: v. 3. 4.

II. à revelationis veritate: testimonia tua  
sunt valde firma aut fidelia: v. 5.

III. ab Ecclesiæ sanctitate: domum tuam ex-  
ornat sanctitas in perpetuum: ibid.

## PSALMUS XCIII.

nec in Eusebio, nec in correctioribus græcis ha-  
beatur, ut ex Euthymiō & Theodoreto fatetur  
Tirinus; utut magna hic alii querant mysteria, ut  
videre est apud Pinto l. 2. Christ. cruc. l. 2. l. 2. n. 14. 15  
l. 3. loc. 6. n. 8. 9. & l. 7. n. 11. & l. 5. l. 2. l. 4. n. 12. 13.

Expli-

**I**nscriptio in LXX. & Vulg. est: laus cantici ipsi  
David; in die ante sabbatum, quando fundata est ter-  
ra. Sed hanc meritò imaginariam dicit Lyra,  
seu ex alicuius imaginatione appositam, cum nec  
in Ebræo, nec Chaldæo, nec in hexaplis Origenis,